

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Cornelii Taciti Opera Qvæ Exstant

Tacitus, Cornelius

Antverpiae, 1668

Approbatio

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1742](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1742)

* humano
generi error
concomita-
tur.
* ad un-
guem exi-
gere.

* — ἀμαρταλαὶ γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἔποντο.
Frustrà volumus omnia ad liquidum perducere, & * *ἔξουχίζειν*: aut homo, aut ætas alia, aliud suggeret & docebit. Sit velut ex ære collato hoc conuiuium: benignè & comiter quisque suum conferat: liuor iste & detractio exsulent, imò auxiliemur inuicem & iuuemus. Quàm bellum, quàm vtile hoc esset! Ego in Tacitum, alius Suetonium aliquid contulit, & vulgauit publico bono: cur, siquid tu prætereà repperisti, non comunicas, eodem fine? sicubi erraui, cur non comiter admones, atque id priuatim? Absentes sumus: sed litterarum etiam commercia nos iungunt. Philippus olim Macedo, verè magnus inter reges, cùm sederet & sub hastâ captiuos venderet; fuit qui proclamaret, *Paternus tuus amicus sum, ô Philippe*. Iussit accedere, aurem præbuit: ille infusurrauit, *Demitte vestem, sodes, nam indecorè sic sedes*. Philippus optimè accepit, statim dimitti liberum iussit, & *Verè*, inquit, *hic mihi amicus erat*. O tales nobis sint, qui pudenda aliqua aut pœnitenda nostra tegant, non reuelent! Tot annos iam in sermone & scriptis, pro meo captu & copiâ, doceo iuuentutem: senesco, &

* Nunc vita
nostra spe-
ctat ipsam
vesperam.

* Ἡ δὴ μὴ ὁ βίος ὁ ἐμὸς ἐσπέραν ἄγει:
date hanc veniam, si non præmium, vt quieto mihi abire liceat ad æternam illam (sic voueo) quietem. Sed desino: te saluere & sapere cupio, mi Luci.

A P P R O B A T I O.

DISPUNCTIO ista Notarum Mirandulani Codicis ad Corn. Tacitum, digna prelo visa est, quòd & nouam subinde lucem Tacito adferat, & iustam Iusti Lipsii defensionem contineat. 3. Iunij. 1602.

Guilielmus Fabricius Nouiomagus, Apostolicus
ac Archiducalis librorum Censor.

IUSTVS